

[Faint, illegible handwritten text in a cursive script, likely a historical document or manuscript.]





1597.

1. Catalogus praelectionum, quae hoc tempore in Illustri Julia
academia, quae est Helmaestadii Saaxonum, publice
proponuntur.

2. Analdi, Cosparus: De cataractis.

3. Horstius, Jacobus: De crisius morborum et criti-
cis diebus, mensibus et annis ex eis.

4. Liddelius, Tuncanus: De temperamentis.

5. et 6. Sigfridus, Francus: De partibus humani corporis
dissimilantibus, earumque differentiis in genere.

1598.

1. Borcholten, Statius: Propositiones de jure dotium
ex utroq. jure conscriptae

2. Dasypodius, Fridorius: De mora.

3. In desherzog, Tillemannus: De testamentis ordinandis

1600.

Crauius, Henricus Andreas: Conclusiones iuridicae
materiam successionis legitimae, sive quae ab intestato
defertur, una cum discrepantia juris feudalis a civili
li, complectentes.

1601.

1. Barterus, Johannes: De pignoratibus et hypothecis
2. Crauius, Henricus Andreas: De mandato et societate

1602.

1. Burcholt, Statius: De jure emphyteutico, materia et
emphitissima, ita in foro frequentissimus.
2. Forsterus, Valentinus Guilielmus: De tutelis
3. Forsterus, Valentinus Guilielmus: De divisione rerum,
et earum acquirendo dominio

1604.

1. Crauius, Henricus Andreas: De acquirendo rerum
dominio.
2. Crauius, Henricus Andreas: Disputatio iuridica

materiam successionis, quae ab intestato deferatur,
una cum discrepantia juris feudalis a civili Complec-
tens.

3. Mascovius, Christianus: De tutelis et cura.

1668

1. Barterus, Joannes: De utilissima et frequentissima,
ex jure feudali resumpta, investiturarum materia.

2. Barterus, Johannes: De privatis delictis et
quasi delictis.

1666.

1. Barterus, Johannes: De legatis et fidei commissis

2. Barterus, Johannes: De heredis substitutionibus

1667.

1. Barterus, Joannes: De concessione feudali, sive
modo acquirendi feudi per successionem.

1607.

2. Blanckenagel, Albertus: De nuptiis
3. Crauius, Henricus Andreas: Selectarum et maxime illustrium juris controversiarum quaestionum Disputatio prima.
4. Crauius, Henricus Andreas: Illustrium et selectarum juris controversiarum quaestionum Disputatio secunda

1608.

1. Darnius, Theodorus: De emptione venditione
2. Barterus, Johannes: De rebus, quae in feudum dari possunt
3. Crauius, Henricus Andreas: Illustrium et selectarum juris & controversiarum quaestionum Disputatio Tertia
4. Crauius, Henricus Andreas: Illustrium et selectarum juris controversiarum quaestionum Disputatio septima

5. Cassius, Huricus Audens: Illustrum et selectarum
juris controversarum questionum Disputatio quinta.

6. Cassius, Huricus Audens: Disputatio decima ex
libro IX Dig. desumpta.

7. Hartmannus, Huricus Innotus: De jure tutelatum
1609.

Bartholomaeus, Innotus: De judiciis feudales

1610.

Pancorius, Franciscus: De phtisi.

[Faint, illegible handwriting in a cursive script, likely a historical document or letter.]







Fe 12086

N 57

1607, 1

24



DISPUTATIO IURIDICA
FEVDALIS

De

SUCCESSIO-
NE FEVDALI: SIVE
MODO ACQVIRENDI
FEVDA PER SVCCES-
sionem.

Cuius Veritatem

OPE DIVINITATIS IUVANTE
Præsidente

Clarissimo & Consultissimo viro

DN. IOANNE BARTERO I. V. D.

& in Illustri Illustrissimi IULII IVLIA
Helmstetensi Academia Professo-
re ordinario,

*Publico submittens examini in maiori Auditorio pro
ingenij mei viribus propugnare annitar*

PAVLVS REINECCIUS Hildesh. Saxo.

HELMSTADII

Excudebat Iacobus Lucius, ANNO 1607.





MAGNIFICIS, AMPLISSIMIS, DO-
ctrina, Consilio, auctoritate nobilibus, & clarissimis viris
ac Dominis:

DN. IOANNI BRANDIS I. V. D. RE-
uerendissimi Principis ac Domini, DN. HENRICI IULII
Postulati Episcopi Halberstadensis, Ducis Brunouicensis
ac Luneburgensis Consiliario, & Collegij Saxo-
num Erfurtensis Patrono:

DN. BERTHOLDO LVDEKEN, I. V.
D. celeberrimo, & practico eximio:

DN. SEBASTIANO TRESCHOVIO
I. V. D. dicti Principis Reuerendissimi Illustrissimi
Consiliario intimo:

DN. CHRISTIANO KEGELIO I. V.
D. & Reipubl. Hildesheimensis Syndico con-
sultissimo:

DN. REINHARTO ROBBICHEN I.
V. D. & practico praestantissimo.

Suis Dominis, Mæcenatibus, Patronis & Pro-
motoribus, omni studio, omni officio etatem
prosequendis.


Suam hanc disputationem feudalem, profectus
in studio iuridico symbolum, vt sit gratitu-
dinis & debitæ obseruantiaë monu-
mentum

Deuouet, inscribit, nuncupat
Paulus Reineccius A. & R.



Neminem acquirere posse feudum nisi inuestitura aut
successione respondet nobilissimus ille Mediolanensis Consul
& Feudista Obertus de Orto Anselmo filio suo in c. 1. §. sci-
endum, in fin. de Feudi cognit. 2. F. 1. Mibi difficile quidem
illud, at honestum & necessarium Longobardici iuris studi-
um intuenti, deq; altero feuda acquirendi modo, successione
nim. feudali publici exercitij gratia disputationem meditan-
ti, visum est, vt eò melius propositum meum exequi valerem,
Diuinitatis gratia benignè mihi adsistente, hoc ordine pro-
gredi, vt, cum personæ omnes feudorum sint capaces nisi quæ
expressè in ijs succedere prohibentur, tractem. 1. de personis
quæ à feudi successione, vt prohibita, arcentur. 2. de his
quæ ad successionem hanc admittuntur. Et deniq; 3. diffici-
liores & illustriores vndequaq; hinc emergentes controuer-
sias coniungam: eaq; omnia velitationi publicæ pro valiturâ
submissâ fiducia exponam.

THESIS I.

 Vamuis igitur de hac feudalis succes-
sionis materia disputare olim planè esset inutile,
quippe quod tunc precariò feuda conferebantur
a: postquam tamen precaria illa feudorum colla-
tio vsu desijt, vasallis iure in feudis constituto firmiori suc-
cessio est inducta b quæ tametsi ab initio cancellis conclu-
sa fuit perangustis, successu tamen temporis ex iure paulatim
emergente illud succedendi ius latissimum est factum c: ita
vt nunc certo certius sit successione feuda acquiri, ac proinde

de eo iure vtiliter & honestè disputando conferri *d* nemo dubitet.

a cap. vn. §. 1. & 2. de his qui feud. dar. vel acciper. poss. 1. F. 1. Quod precarium sic quis dat, quasi tunc recepturus cum sibi liberit, l. 1. §. 1. D. de precar. si non reuocet concedens, accipientis morte exspirat, vt ita ius in quod succedi queat, omnino extet nullum. Quare nulla etiam inde erat successio. Non entis enim nullæ sunt qualitates nec accidentia Dn. Vultei. 1. F. 9. num. 23, Obrecht. disp. feudal. 10. th. 22. & seqq, Conrad. Rittersh. partit. feudal. cap. 12. n. 1. Rosenthal. c. 7. Feud. concl. 15. n. 2. *b* d. c. 1. §. 1. & seq. de his qui feud. dar. vel accip. poss. 1. F. 1. Iuris enim positiui est huius successionis ratio quæ immutari potest variè. Bartol. in l. iurisgentium. §. quinimò D. de pact. Menoch. conf. 181. n. 30. *c* Primo enim ad annum concedebatur: Post sicuti vsufr. §. finitur. I. de vsufr. aut annum legatum l. in singulos. 8. D. de annuis legat. ita & feudum ad tempus vitæ tantum constituebatur. Vterius eò ventum est vt ad filium, eum scilicet quem dominus eligeret vel ad omnes vasalli filios masculos æqualiter feudum deueniret. Tandem hoc dignatus fuit Imp. Conradus promulgatâ lege, (recensita à Cuiac. lib. 5. constit. 1. Diss. Hotom. qui longè ante Lotharium latam esse mauult, cuius constitutio extat 1. F. 19.) producere ad nepotes ex filio, vtq; frater fratri sine herede legitimo defuncto in beneficio quod patris eorum fuit succederet. Postremò longissima consuetudine obtinuit, vt omnes in consanguinitatis linea directâ descendentes masculi in infinitum succederent. Quæ plene ita traduntur in d. c. 1. de his qui feud. dar. vel acciper. poss. 1. F. 1. Et concinne exinde repetierunt summi Feudistarum Coryphæi Francisc. Sonsbec. part. 9. Feud. num. 44. Vdalric. Zas. part. 8. Epitom. Feudal. num. 1. Dn. Hartm. Pistor. lib. 2. quest. 19. in pr. Tantum videlicet naçta est incrementi hæc successio iuris feudalis, vt in iuris ciuilibus collatione vix dixeris, vtra longius progrediatur. *d* c. 1. de natur. success. feud. 2. F. 50. c. vn. de feud. cognit. 2. F. 1. c. 1. de success. fratr. 2. F. 11. c. 1. de success. feudi 1. F. 8. c. 1. de consuet. rect. feud. 2. F. 33. FF. communiter omnes.

II.

Successio, vel testamentaria est, vel legitima siue ab intestato. • Illa quidem iure communi summū meretur locum

cum, ita vt quamdiu potest ex testamento adiri hereditas ab intestato eam non deferri I Cti & Impp. adserant *b.* In hoc verò Longobardorū iure regulariter nulla est, *c.* sed legitima ab intestato successio, in illo sola sibi locum vindicat. *d.*

a. §. haecenus vlt. Inst. per quas person. cuiq; acquir. *b.* Vlpian. in l. quamdiu. 39. D. de acquir. hered. Paul. in l. 89. D. de R. I. Impp. Diolet. & Maxim. in l. antequam 8. C. commun. de success. Vt scilicet libera sint suprema hominum elogia l. 1. C. de SS. Eccles. Dn. Valentin. Forster. 1. de success. ab intest. c. 7. num. 5. c. 12. num. 5. c. 26. per tot. *c.* c. 1. de success. feud. 1. F. 8. c. 1. §. donare autem Qual. olim poterat feud. alien. 2. F. 9. c. 1. vers. vel pro anima. de prohib. alien. per Frider. 2. F. 55. c. 1. de prohib. feud. alien. per Lothar. 2. F. 52. Feudista in c. 1. de alien. feud. patern. 2. F. 39. Rationes sunt elegantes 1. Si enim omnis dispositio & alienatio quæ fit in præiudicium Domini, eiusq; verorum heredum feudaliū, est prohibita, vtiq; & ea quæ fit in testamento. Omnino enim qui omne dicit nihil excludit, Et frequens est ab actu inter vivos prohibito vel concesso, ad actum mortis argumentatio l. seruum. §. eum qui D. de legat. 1. Itemq; alienationis nomine dispositio huiusmodi venit l. dotalem. 16. de testam. milit. l. 1. §. 1. D. Si quid in fraud. patron. l. 7. §. pari. D. de donat. At prius verum. dd. textib. Ergo & posterius. 2. Ea quæ à lege proficiscuntur liberis per parentes adimi non possunt. l. cum in adoptiuis. C. de adopt. imò iura filiorum parentes non auferent sed augebunt. l. 3. C. de bon. matern. l. in questione. C. de sent. pass. At legis prouidentia filijs feudum tribuit c. 1. de success. feud. 1. F. 8. c. 1. §. & quia vidimus, vers. equaliter. de his qui feud. dar. vel acciper. pass. 1. F. 1. Ergo de illis parentes testari nequeunt. 3. Quæ subiacent necessariæ restitutioni non possunt alienari, ne quidem per testamentum, vel mortis causa donationem. l. traditio. 20. D. de acquir. rer. dom. At feudum subiacet necessariæ restitutioni. Andr. de Ifern. in c. 1. de eo qui sibi vel hered. suis. 2. F. 17. Censetur enim tantum ad vitam vasalli datum, vt eo mortuo vel ad proximum agnatum, vel ad dominum reuertatur. Dd. ad l. Gallus. §. 1. D. de liber. & posth. Et instar vsusfr. perit. arg. cap. 1. in fin. In quib. caus. feud. am. 2. F. 23. Ergo alienari ne quidem per testamentum potest. Vide de his & similibus alijs Henr. Rosenth. cap. 7. concl. 3. lit. b. Dn. Vultei. cap. 9. F. num. 70. & seqq. Conrad. Rittersh. c. 12. F. 4. G. Obrecht.

brecht. d. disp. 10. th. 4 & seq. Schrader. de feud. p. 7. c. 2. num. 1. VVesemb. c. 6. num. 6. Curt. Iun. p. princ. 4. quest. pen. Dn. Gædd. disp. feud. 7. th. 1. lit. c. Regulariter, inquam, nulla est, Rectè enim, cum Dd. exceperis 1. Feudum absolutè hereditarium Erbschafft Leben/ c. 1. de feud. non habent. propr. natur. 2. F. 48. Hoc siquidem vasallus habet quoad ius succedendi instar cuiuslibet rei alterius patrimonialis. Quare Dd. communiter, vti ex ipsorum doctrinis & conclusionibus, quas ex hac hereditaria feudi qualitate exstruxerunt, elucet, adfirmare non dubitant, quod pater de illo feudo testamento possit disponere, vt scilicet ad eum transeat feudum ad quem hereditas, nec possit alius habere nisi qui hereditatem consequitur, sicuti illud latè ostendunt Didacus Conarruu. 2. var. resol. 18. n. 3. & 4. Dn. Ludolph. Schrad. p. 7. Feud. c. 2. num. 44. Zas. part. 8. Epit. Feud. num. 64. Andr. Geil. 2. Obs. 154. num. 11. & seqq. per notat. Dd. in c. 1. An agnat. vel filius 2. F. 45. Bartol. in l. si patroni. num. 3. D. ad SCtm. Trebell. ibid. Alexand. num. 21. & Dd. com. Andr. de Ifern. in c. 1. §. hoc quoq. num. 7. de success. feudi. Menoch. conf. 104. num. 19. vol. 1. Curt. Iun. part. 4. q. pen. num. 132. Præpos. in c. imperialem, in pr. colum. 7. de prohib. feud. alien. per Frider. Dn. Henric. Rosenth. in synopsi feudali cap. 7. concl. 6. vbi plures allegat. Dn. Vultei. d. c. 9. Feud. num. 74. Rittersh. d. loc. num. 6. Hoc feudum vniuersali fideicommissio contineri, & cum eo restituendum esse tradunt Ioan. Andreae in addit. ad specul. in tit. de locat. §. nunc aliqua, incip. Questio non est dubia. Bald. in l. cum virum. C. de fideicom. Rosenth. d. c. 7. concl. 11. lit. a. Curt. tr. feudal. p. 1. q. 8. num. 20. Schrader. d. p. 7. cap. 2. n. 65. & seqq. Rittersh. d. loc. n. 6. D. Vultei. d. loc. n. 75. Idemq; in hereditatis petitionem venire, not. gl. communiter approbata in l. item videndum §. nunc videamus. D. de petit. hered. Ifern. in c. 1. in pr. An agnat. vel filius. Et ita iudicatum in Camera Imperiali in causa Wendel contra Wendel, & anno 1564. 21. Iunij. in causa Louwen/ contra Trouppen testis est Henr. Rosenth. d. c. 7. concl. 17. in fin. Vide præ alijs feudi huius naturam eximiè explicantem & interpp. abunde allegantem Nobilissimum iuris Feudalis Doctorem Hartm. Pistoris part. 2. quest. 1. num. 58. & seqq. An autem hoc casu domini consensus requiratur controuersum est, ne facilè ita Domino extraneus subijciatur vasallus? Et quia Dd. hanc opinionem ita volunt accipi, vt heres institutus, cui feudum iure hereditario adijci

adijci debet, vel cui institutionis aut legati titulo relinquitur, sit de sanguine patris, nec liceat per testamentum extra familiam illud alienare, facile obtinuit vt consensus domini non requiratur necessariò. *Ludolph. Schrad. d. p. 7. cap. 2. n. 44. arg. c. 1. §. fin. de alien. feud. c. 1. §. sed & res, per quos fiat inuestit. c. 1. in pr. de alien. feud. patern. Propos. in c. 1. §. Titius, Si de feud. def. cont. sit Vultei. d. loc. nu. 74.* Quam tutius & melius sit, vt impetretur domini consensus sicuti monent *Iason ad l. 2. num. 213. C. de iure Emphyteut. Paris. conf. 116. n. 34. & seqq. vol. 1. Clarus quest. 40. num. 20. Hartm. Pistor. d. loc. 2.* Si statuto vel consuetudine alicubi receptum sit vt de feudo testamento disponere liceat. Cum enim iura feudalia nihil aliud sint quam consuetudines, facile etiam contraria consuetudine immutari possunt. *arg. l. de quibus & ibi Iason. D. de LL. §. sed naturalia. I. de I. N. G. & C. c. illud dist. 12. Rauenn. 1. de success. feud. Matth. VVesenb. conf. 74. num. 27. Curt. Iun. p. 4. n. 109. Ludolph. Schrader. d. p. 7. cap. 2. num. 14. Zas. p. 8. num. 63. Raphael Cuman. conf. 173. Rosenth. d. c. 7. concl. 8. lit. a. & b. 3.* Si feudum tacite vel expresse concessum fuerit vassallo, & cui ipse dederit. *c. 1. & ibi Dd. de feud. non habente propr. natur. iuncto tit. I. de lege Fusia Canin. toll. l. si quis 8. §. certum. 2. C. de secund. nupt. Schrader. p. 7. c. 2. num. 13. Vultei. d. c. 9. num. 74. in fin. Borcholt. cap. 7. num. 6. Dis. Alexand. conf. 106. num. 9. lib. 4. 4.* Si vassallus consentientibus & domino feudi, *arg. c. 1. §. fin. de alienat. feud. patern. c. 1. pr. de prohib. feudi alien. per Frider. & agnatis proximis de feudo testatus fuerit. d. cap. 1. de alien. feud. paterni, vbi Iacob. Beluiso. Frideric. Schenck Baro à Tantenbergk. ibid. num. 1. & 2. Schrader. d. c. 2. n. 15. Rosenthal. d. c. 7. concl. 5. lit. a. & b.* Nam & sic in præiudicium agnatorum dispositio valet *arg. l. si debitor. 4. §. 1. D. quib. mod. pign. vel hypoth. & c. l. cum quadam. 26. C. de admin. tut. c. 1. §. præterea. Quib. mod. feud. amitt. c. pastoralis extra de donat.* Quid autem si præsentibus domino & agnatis testetur vassallus, & dispositioni non contradicant, num rata erit dispositio? Adfirmantibus *cum Rosenthalio d. loc. num. 3. lit. c. ad stipulor.* Quoties enim contradicendo actum impedire possum, si præsens taceo, consentire præsumor. *l. fideiussor. 26. §. pater, & ibi gloss. D. de pignor. Gloss. in l. Caius. 39. ibi Costal. & Dd. com. D. de pignor. action. Mascard. de probat. concl. 1218. n. 29. vol. 3. Dynus. in l. qui tacet, de R. I. in 6. Schrader. d. p. 7. c. 2. n. 17. Vide Vultei. d. c. 9. num. 82.*

num. 82. Curt. p. 4. n. 128. 5. Si vasallus instituerit heredes illos, qui alioquin testamento non facto in hoc feudum iure successuri erant arg. c. 1. in pr. de alien. feudi paterni. c. 1. §. sed & res, per quos fiat inuestit. Curt. Iun. p. 4. num. 129. Quid operetur hæc dispositio ne inutilis aliàs videatur, consule Dn. Ludolph. Schrader. d. p. 7. c. 2. num. 18. Quem etiam ad plures limitationes ibi videndas, dùm elegantissimis rationibus & textibus ibidem hoc tractant cum Dn. Henrico Rosenthal. in d. c. 7. concl. 3. 4. 7. 8. 9. 10. breuitatis studio saltem allegasse mihi sufficiat. Vide Dn. Gothofr. Antonij. disp. feudali s. th. 8. d. Quam Dd. recte regularem & ordinariam vocant Dn. Vultei c. 9. num. 69. Schneid. p. 6. n. 3. Borcholt. c. 7. p. 2. n. 3. Rosenthal. d. loc. concl. 2. in pr. & FF. com. Rittersh. d. loc. num. 3. Borcholt. d. c. 7. n. 7.

III.

Omnes personæ in feudo succedunt, nisi expresse prohibeantur *a*. Has regulariter numero primo Clericos *b* etiam per substitutum seruire, aut de fructibus contribuere paratos, *c* Episcopos, *d* Cardinales *e* Quos, nisi leges & conditiones quibus ordini deuincti sunt, obstaculo eis sint, quo minùs exhibere ea domino possint, ad quæ in iuramento fidelitatis vasalli se adstringunt, *f* non solum in feudo non succedere, sed & feudum quod priùs habuere, hoc ipso quod votum religionis adsumserunt, amittere, non tam non controuersum, quam iure nostro feudali satis clarè decisum inuenio.

a Dn. Vultei. 1. F. 9. num. 24. & in exegesi feudali pag. mihi 893. Dn. Gæddeus. disp. feud. 7. th. 2. lit. a. *b* Qui n. Clericus efficitur, aut votum religionis adsumit, hoc ipso feudum amittit. text. in c. qui Clericus. Si de feud. defuncti content. sit. 2. F. 26. Clericus nullo modo in beneficium paternum debet succedere, etiam si posteaquam habitum religionis adsumserit, postposuerit. Idem in omnibus qui habitum religionis adsumunt vt conuersi. Hi enim nec postea in feudo succedunt, & si quod habent, perdunt. c. 1. de feudo foemin. 2. F. 30. Iudicatum, inquit Obertus de Orto, cùm miles qui beneficium tenebat, domum venerabilem intraret, & seculo renunciando
arma

arma bellica deponeret, habitumq; religionis assumeret, & sic con-
uersus fieret, beneficium eum amittere. Eo quod desijt esse miles
seculi, qui miles factus est Christi. *c. 1. de milit. vasall. qui arm. bellic.
deposuit. 2. F. 21.* Et Clericus refertur inter mutum, surdum & alios
imperfectos. *Rubr. & nigr. tit. an mutus vel alias imperf. 2. F. 36.* At il-
li in feuda succedere nequeunt *d. tit.* Ergo nec hi &c. Adde *c. 1. in
fin. c. sed nec. 4. extr. ne Clerici vel monach. secul. negot. & c. c. 2. & 1. tit. de
vita & honest. cleric. Can. placuit. caus. 21. quest. 3. Canon. clerici. caus. 23.
quest. 8. c. ex multa 9. §. de clericis. extr. de voto & voti redemptione. Cur-
tius Iun. part. princ. 3. membr. 2. numer. 13. 14. & seqq.* Cui senten-
tix applausum dat Ius Saxon. cap. 2. Lehnrecht. in pr. Pfaffen die
sollen Lehnrecht darben / Vbi gloss. rationes addit. Denn das
Lehen ist der Ritter Soldt / das ihn zugefüget ist von des Reichs Gut/
durch ihrer Ehrwürdigkeit willen. Vnd weil denn die Pfaffen mit dem
Schwerdt nicht streiten sollen / noch Waffen führen / Darumb sollen sich
die derselben nicht vnterwinden / Et paulo post, Darumb daß sie ihren
Heerschildt niedergelegt haben mit der Pfaffheit / Vbi & glossa ad con-
traria respondet pag. mihi, 4. *Et libr. 1. Speculi Saxon. art. 25. in verb.*
Ob er gleich aus dem Kloster fehrt / als grauer Mönch Art ist. *Vide
Hartman. Pistor. p. 2. q. 33. num. 14. & seqq.* Quam sententiam Came-
ralibus placuisse auctor est *Ioach. Mynsing. 5. obs. 48. num. 7. & 8.*
• Propter indefinita & generalia citatorum textuum verba: Feu-
dum n. amittit, h. e. ipso iure priuatur *arg. l. iubemus. §. sancimus. C. de
SS. Eccles.* Et verba præsentia (amittit, perdit,) priuationem signi-
ficant quæ ipso iure fit. *c. licet Canon. §. 2. & gloss. in l. fin. C. de iurisd.
omn. indic.* Quomodo ergò poterit seruire domino per substitu-
tum? quomodo contribuere? 2. propter rationem *c. 1. de
milit. vasall. qui arm. bellic. depos.* Quæ bona non esset, si per substi-
tutum Clericus seruire posset: Et ita feudum obtinere seruiendo.
3. Si feudum obtinere possent, clerici eo casu, quo per substi-
tutum seruirent, æquum esset hoc exprimere, & iure feudali limi-
tationem munire. At hoc non expressum, non munitum. Ergo &c.
*Curt. Iun. d. p. 3. membr. 2. numer. 20. & seqq. Cuiac. c. vn. de vasall. milit.
qui contum. est. 2. F. 22. Zas. p. 5. Epit. Feudal. n. 72. Dn. Valent. Forster.
tr. de success. ab intest. lib. 4. c. 23. n. 33. quest. 1. Schrad. d. p. 7. c. 5. num. 30.
Sousbec. p. 9. num. 115. p. 12. num. 137. Borcholt. c. 7. n. 62. Eguin. Baro d. c.*

B

qui cle-

qui clericus, putans diuersum obtinere de Iure Canon. per c. *ceterum* extr. de Iudic. sibi tamen contrarius in method. iur. feudal. lib. 2. c. 14. vers. *muti, surdi, clerici &c.* Vide præ omnibus Dn. Hartm. Pistor. d. p. 2. q. 33. num. 2. ubi multos cumulat, & seqq. Dn. Herman. Vultei. d. c. 9. num. 67. Andream Fachin. 7. controu. cap. 35. Rittershus. cap. 15. part. feudal. num. 19. & seqq. Rosenthal. cap. 7. concl. 29. lit. a. Dn. Gothofr. Antonij d. disp. feudal. 6. thes. 9. lit. c. Dissent. Accurs. in c. 1. verb. *non valet, an mut. vel alias imperf.* Martin. Laudens. c. 1. §. & quia vidimus. Qui feud. dar. vel acciper. poss. Prepos. tit. de milit. vafal. qui arm. bell. depos. ibidemq; Frider. Schenck Baro à Tautenbergk, per c. 1. §. fin. de capit. Corrad. 2. F. 40. Eguin. Baro. in c. 1. §. qui clericus. Si de feud. def. cont. sit. Iul. Clarus §. feudum, quest. 68. num. 4 per c. extr. transmissa extr. de foro compe. c. 1. §. verum quando. de regular. in 6. c. pro mala, §. debet autem. de appellat. c. fin. nec Cleric. vel monial. in 6. arg. c. imperialem. §. firmiter, de prohib. feudi alien. per Frider. & pleriq; Canonistarum. Quorum sententia cum adeò perspicuis iuris nostri textibus è diametro obuersetur, & communibus Interpp. FF. suffragijs dudum sit explosa, nihil video quid ad subscribendum illi mouere queat: Quare à theseos nostræ sententia tam in iudicando, quàm respondendo ne diuortium facias monet Hartm. Pistor. d. p. 2. q. 33. num. 11. cumq; secus Dn. Vultei. d. loc. d. Generali enim clericorum appellatione continentur, nec vsquam excepti reperiuntur; Vnde ratio nulla, cur sub regula manere non debeant. Rittersh. d. c. 14. num. 23. Vultei. d. c. 9. num. 67. vers. de Episcopis. Rosenthal. d. c. 7. concl. 29. lit. k. Menoch. remed. recuper. poss. 10. num. 68. Diss. Borcholt. c. 5. num. 49. Clar. qu. 68. §. feudum. num. 5. Menoch. lib. 2. cent. 3. arbitr. iudic. quest. cap. 231. e Nec enim & hi iure feudali inueniuntur priuilegiati, eademq; militat in ijs quæ in clericis reliquis ratio. Vultei. d. lo. vers. de cardinali. Rosenthal. d. loc. lit. i. Menoch. d. loc. Diss. Clar. q. 68. n. 5. f Cessante namq; ratione iuris, cessat ipsa dispositio iuris. At cessat ratio iuris à successione feudi excludens. Ergo & dispositio iuris. Hartman. Pistor. d. p. 2. q. 33. num. 22. Vultei. d. loc. vers. verum valde mihi placet. Et sic excipiendos putamus hospitalarios, milites ordinis S. Ioannis, Hierosolymitanos, & cruciferos siue ordinis Teutonici à prima origine ita dictos, cum Imperante Henrico VI. Anno 1190. illorum ordo introductus fuerit, vt pro religione Christiana

stiana contra Turcas & alios infideles pugnarent, & peregrinos
 pauperes curarent. Vnde crucem insigne & notam professionis
 gestabant. *Dn. Gothofred. Antonij. d. disp. feud. 6. th. 9. lit. g.* Hi enim
 arma militaria non deposuerunt, sed militiæ potius se addixerunt.
 Quare ad illos dispositio. *tit. de milite vasal. qui arm. bellic. depos. per-*
tinere non potest. Aluarot. Præpos. Rauenn. in d. c. de milit. vasall. qui
arm. bellic. depos. Curt. Iun. p. 3. quest. 10. num. 29. vers. septimo videtur
limitanda. Vultei. d. loc. Rosenthal. d. c. 7. concl. 30. lit. n. num. 9. Sonsbec.
p. 12. num. 115. Schrader. p. 7. cap. 5. num. 30. Dissent. Andr. Fachin. 7. con-
tron. 36. Menoch. arbitr. iud. quest. casu 231. num. 5. Cacheran. decis. Pede-
mont. 27. num. 18. Quibus non iniuriâ etiam accensueris Clericos,
 quos primæ tonsuræ appellant, & intra annum probationis con-
 stituti sunt, qui re adhuc integra, & iure alij in feudo nondum que-
 sito, habitum religionis exuunt. *arg. c. beneficium. & ibi notatur. de*
R. I. in 6. Frideric. Schenck Baro. c. 1. de milit. vasall. qui arma bell. depos.
num. 17. ibid. Aluarot. Rosenth. d. c. 7. concl. 30. lit. a. Menoch. de arbitr.
iud. quest. d. loc. n. 10. lib. 2. Aymon. Crauetta. cons. 303. num. 8. & 9. Dn.
Hartm. Pistor. d. q. 33. n. 7. Dn. Vultei. d. loc. §. clericis tamen. ubi vide limi-
tationes hac de re plures. Dn. Gothofr. Antonij d. disp. 6. thes. 9. Ex amplif-
 simo Dn. Valentino Forstero lib. 4. de success. ab intest. c. 23. num.
 42. non moror addere hîc nostram vsq; adeo firmam in thesi supra
 positam non esse conclusionem, vt consuetudine introduci non
 possit, vt Clerici succedant: Nec miretur quis! Dico liberè: Om-
 ne ius feudorum à consuetudine fuit profectum, quidni contraria
 consuetudine posset tolli? *cap. 1. de success. feud. 1. F. 8. c. 1. de feudi co-*
gnit. 2. F. 1. Hartm. Pistor. p. 2. quest. 34. n. 41. Curt. Iun. p. 3. membr. 2.
n. 22. Sonsbec. p. 12. num. 147. Rosenth. d. c. 7. concl. 30. lit. co.

IV.

Feminas deinde à successione feudorum, antiqui, no-
 ui *a*, emtitij *b* ligij *c* pro acquirente & heredibus eius
 für sich vnd seine Erben/ *d* pro se & liberis, vel liberis & he-
 redibus für sich / seine Erben/ oder seine Kinder vnd Erben con-
 cessi *e*: Ecclesiastici Krumbstäbische/oder vom Krummen Stä-
 be herrürende/ *f* per sententiam iudicis vel iureiurando con-

stituti g: imò & eius, quod à masculino originem ceperat, & ad mulierem pacto peruenerat h, iura remouent.

a per textus clarissimos c.1. §. hoc autem. de his qui feud. dar. vel acciper. poß. 1. F. 1. c. 1. §. filia, de success. feud. 1. F. 8. c. 1. Quemadm. feud. ad fil. pertin. 1. F. 24. c. 1. an mut. vel alias imperf. 2. F. 36. c. 1. de natur. success. feud. 2. F. 50. c. 1. §. similiter, de capit. qui cur. vend. 2. F. 5. c. 1. in fin. de feud. March. 3. F. 14. Idq; propterea quod Vasallus seruitium militiæ, consilium, votum, constantiam, secreti taciturnitatem præstare, virorumq; cœtui interesse cogatur. c. 1. in pr. Quib. mod. feud. amitt. 1. F. 17. c. 1. §. item qui dominum. Quæ fuit prima caus. benef. amit. 2. F. 24. c. 1. §. pen. de capit. Corrad. 2. F. 40. c. 1. de form. fidel. 2. F. 6. & ibi FF. com. Ludolph. Schrader. p. 7. cap. 4. num. 1. Atqui nullus de feminis sperare hoc poterit. c. 1. an mut. surd. vel alias imperf. Et ipsius femine consilium contra comoda propria inuenitur plerumq; laborare l. si pater. 4. C. de sponsal. c. forus. ibi gloss. de V. S. Schenck Baro à Tautenbergk. c. 1. de his qui feud. dar. poß. 1. F. 1. arg. l. reprehendenda. C. de Instit. & Substit. c. mulieres. de iudic. l. fin. C. de arbitr. Præpos. in d. c. 1. §. & quia vidimus. n. 41. de his qui feud. dar. vel acciper. poß. Sic Catonem pœnituit inter tria hoc vnum, quod mulieri arcana vnquam credidisset. Rosenth. cap. 7. concl. 31. Rittershus. cap. 14. part. feud. num. 1. Schrader. d. loc. Dn. Vultei. 1. F. 9. num. 24. Hartm. Pistor. p. 2. q. 34. nu. 1. Dn. Goedd. disp. feudali 7. th. 10. Ioan. Niell. disp. 5. th. 3. Dn. Gothofred. Anton. disp. feud. 6. th. 1. Nil moramur Camillam Virgilianam, Penthesileam, Hiplicrateam, Amazones aliasq; eius generis mulieres, militiæ adsuefactas & deditas, in qua res præclaras gesserunt. Pendent namq; feuda ab acquirentis & concedentis voluntate, qui ex feudorum natura propria, de masculis tantum sensisse videtur, vt ita ad feminas id generis voluntas non spectet: Quippe etiam rarissimum hoc est in mulieribus. Ex his autem quæ vno aliquo forte casa accidere possunt, non constituuntur iura, sed ad ea potius ius debet aptari, quæ frequenter & facillè, non quæ perrarò eueniunt: Quod enim semel aut bis existit prætereunt legislatores l. ex his. 4. cum duabus seqq. D. de legib. Deinde non cessant in mulieribus reliquæ rationes enumeratæ. Vasallus iurat se secreta domini non pansurum. Quod præstari à muliere posse qui putat, toto eum dixerim errare cœlo: Nota est, vt prouerbio dicitur, mulierum garrulitas,

ralitas, quarum sexui impossibile, imò inconueniens est tacere.
 Quæ rationes feminas repellunt, etiamsi altera illa cessaret, *arg. l. liberorum 11. §. 1. & ibi gl. verb. collocaret. D. de his qui not. infam. l. cum hi. §. si Prator D. de transact. Schenck Baro c. 1. §. hoc autem. de his qui not. infam. Decius. in l. femina. 2. de R. I. Dn. Ludolph. Schrader. p. 7. c. 4. n. 1. Zaf. p. 8. n. 32. Curt. Iun. p. 3. princ. num. 9. Dis. Baldus in l. fin. num. 3. C. de suis & legit. Bero. c. dilecti n. 45. extr. de arbitr. Elegantissimum est & naturæ feudi maximè conueniens quod Dn. Valentinus Forsterus, veneranda ætate Senior, in libr. 4. de success. ab intest. cap. 23. num. 48. rationem huius consuetudinis ex leg. 12. tabl. repetendam arbitratur, qua lege agnati tantum ad successionem vocabantur exclusis feminis, idq; propter familiæ conseruationem & deinde vt bona penes eos remanerent, qui reipubl. operam nauare possent, sicuti ad sensum illi suum tribuunt Dn. Vultei. 1. F. 9. num. 26. in fin. Dn. Gædd. d. disp. th. 10. lit. a. b Iura enim generalia generaliter sunt intelligenda, l. fin. in fin. C. de dot. promiss. l. 1. §. generaliter. D. de legat. prest. Et standum est regulæ donec de exceptione edoceatur aperte. Baldus. in c. 1. colum. 2. de alienat. iudic. mutand. caussa. fact. Eberhard. in Topic. in loc. à general. & in loc. ab except. ad regul. num. 12. At iura generalia, & regulæ feudales sunt mulieres in feuda non succedere, nec de exceptione feudi emptitij fuit huc vsq; edoctum. Ergo iuribus nostris & regulis stabimus. 2. Feuda impropria quæ in aliquibus recedunt à communi feudorum natura & alterantur, in cæteris capitulis non alteratis remanent sub regula feudali simplici, & secundum eam gubernantur. At feudum emptitium in eo tantum recedit à natura feudi recta, quod non sit gratuitum. In cæteris itaq; remanet sub natura communi, Vdalric. Zaf. p. 8. Epit. Feud. n. 37. & p. 12. n. 21. VVurmbser. lib. 1. pract. forens. tit. 51. & obs. 3. num. 2. Andreas de Ifern. & Martin. Laudens. c. 1. §. & quia vidimus. ibi Prepos. n. 62. & Matth. de Afflict. num. 23. de his qui feud. dar. vel acciper. poss. Sonsbec. p. 9. F. num. 122. Schrader. l. 7. c. 4. n. 5. Borcholt. c. 7. n. 65. Hartm. Pistor. d. q. 34. num. 8. Andr. Fachin. 7. controu. 32. Rittershus. d. cap. 14. num. 2. Mynsing. cent. 5. obs. 73. num. 4. qui secundum hanc sententiam in summo tribunali Spirensi iudicatum refert. Dn. Vultei. d. c. 9. num. 43. vbi in fine conciliat Mynsing. d. loco & Gaillium 2. pract. obseru. 159. n. 5. dissentientem, & præiudicium*

pro negatiua Camerale adferentem. *Dis. Bald. d. §. & quia vidimus.*
1. F. 1. Curt. Iun. p. 1. q. 3. n. 6. Iul. Clar. q. 73. num. 6. Odofred. in summ.
qui possint succed. in feud. Anton. Tessaer. decis. Pedemont. 246. num. 7.
quem refutat Rittershus. d. loc. c. Schrader. d. c. 4. num. 9. Sonsbec. p.
4. num. 26. Rosenth. c. 7. concl. 34. num. 13. lit. f. Borcholt. c. 7. n. 70. Dn.
Vultei. c. 9. n. 43. ubi dissent. d. Verba enim inuestiturae secun-
dum subiectam materiam sunt accipienda, text. in c. solita. ibiq. Ca-
non. notant, de maiorit. & obedient. Eberhard. in Topic. in loc. à subiecta
mater. At materia feudalis heredes non agnoscit feminas. c. 1. §. et-
si clientulus, de alienat. feudi. c. 1. §. fin. Si de feud. defuncti content. sit. A-
lexand. & Ias. in l. Gallus §. etiamsi. D. de liber. & posth. Dn. Schrader. d. c.
4. n. 3. Dn. Vultei. d. c. 9. n. 28. Myns. 5. obs. 74. n. 1. Gail. 2. obs. 159. nu. 1.
Vvesenb. conf. 74. n. 17. art. 21. & 58. Lehrecht/ ubi dicitur Lehnerben seyn
mannliche Leibserben. Rosenth. c. 7. concl. 31. lit. t. ubi plures allegat. Ob-
recht. disp. feud. 10. th. 137. e. Rosenth. d. loc. lit. m. Schrader. d. p. 7. c.
4. num. 40. Borcholt. c. 7. membr. 2. num. 34. Vultei. num. 32. per c. 1. §.
filia, de success. feud. c. 1. vers. ad filias vero, de success. frat. c. 1. an mut. vel
aliàs imperf. f. c. 1. §. hoc autem notandum. ibid. Martin. Landens. n.
13. de his qui feud. dar. vel acciper. poss. Curt. Iun. p. 3. princ. membr. 1. n.
4. in pr. Schrader. c. 4. num. 36. Menoch. 4. remed. adipisc. possess. nu. 382.
Dn. Vultei. d. c. 9. num. 48. Rosenth. d. loc. lit. t. g. sententia enim
& iusiurandum in dubio accipiuntur secundum propriam rei na-
turam. l. miles qui 61. §. 1. D. de re iudicat. l. sed etsi 11. §. item si iura-
mento, ibi Dd. de iureiurand. Gail. 2. obs. 98. num. 13. At secundum
propriam feudi naturam soli succedunt masculi. Ergo, & c. Curtius
Iun. p. 3. membr. 1. n. 15. Schrader. p. 7. c. 4. n. 13. Rosenth. lit. z. h. Fi-
liæ namq; in eo defuncta matre non succedunt, nisi pacto inuesti-
turæ aliter cautum fuerit. Quippe pactum de vna persona ini-
tum, ad aliam non extenditur. l. si vnus §. ante omnia D. de pact. Andr.
de Ifern. in c. 1. §. & quia vidimus, de his qui feud. dar. vel acciper. poss.
Curt. Iun. p. 3. Feud. in pr. num. 2. Et sublata femina statim feudum
repetit suam originem, cum nec nomen, nec naturam suam feu-
dum immutauerit ob feminam, quæ extitit in medio. Eleganter
Schrader. p. 7. c. 4. n. 29. & seqq. Idq; probatur, per c. 1. an marit. succed.
uxori in benef. Cuiac. libr. 1. F. tit. 11. Hartm. Pist. p. 2. quest. 34. num. 11.
Vide exemplum repetitæ ab Imperatore Rudolpho I. Austriæ hoc
iure

iure ab Othacaro Bohemiæ Rege apud Georg. Obrecht. disp. hie th. 110.
& seq.

V.

Admittuntur tamen feminæ quandoque: Idq; ex conditione & qualitate in feudo femineo *a*, Franco siue ab omni seruitio libero *b* ad certum seruitium concessio *c*. Ex pacto speciali *d* statuto & consuetudine *e*: Aliàs autem non nisi masculis deficientibus *f*. Feudo quippè dato alicui ea lege, vt & eius descendentes masculi & feminæ id possint habere: aut dato alicui & heredibus eius masculis & feminis: aut vt filij & filia in eo succedant, similiue orationis figura ex dispositione iuris feudalis, eamq; subsequente tacitâ contrahentium mente feminæ masculis censentur substitutæ *g*.

a h. e. in feudo à femina primum acquisito Germ. Weiber oder Künckelchen. *c. 1. de feud. femin. cap. 1. de natur. success. feudi. ibi, vel nisi sit femineum. ibiq; gl. Aluarot. Prepos. Matth. de Afflict. Zas. p. 8. n. 39. Ludolph. Schrader. c. 4. num. 48. Curt. Iun. p. 3. q. 1. n. 3. Fachin. 7. contr. 38. Clarus. q. 73. num. 5. Semper enim in feudis ad principium & originem potissimum recurrimus c. 1. de eo qui sibi vel hered. 2. F. 17. indeq; originem rei metimur. l. qui id quod 33. D. de donat. At feudum hoc in prima concessione originem ducit in femina. Vnde probabile sit & concedentem & acquirentem hoc secundum qualitatem suam in feminis propagare voluisse. Rosenth. cap. 7. concl. 35. Neutiquam hic subscribimus illorum sententiæ, qui non ex natura feudi feminei, sed ex speciali pacto venire, vt feminæ in huiusmodi feudum succedant, opinantur, 1. per text. c. 1. de feud. femina. quem pro hac sententia eleganter & verè interpretantes vide Iacob. de Belviso, Bald. Aluarot. Prepos. Schenck Baronem à Tautenbergk, Eguinar. Baronem, Curt. Iun. p. 3. princip. n. 3. Zas. p. 8. num. 39. Sonsbec. p. 9. n. 123. Duaren. cap. 10. Epit. feudal. num. 4. Borcholt. c. 7. n. 69. 2. c. vn. de natur. success. feud. Filia in feudo non succedit nisi ex pacto vel nisi sit femineum. Ecce femineum seiungitur per disiunctiuam à pacto. 3. Si ex pacto tantum fit vt feminæ in feudum succedant, confectarium erit nullum esse feudum femineum nisi ex pacto. At hoc absur-*

absurdum & à iure feudali alienissimum. Ergò & illud. 4. cap. 1. de
succes. fratr. Vbi non concessa feminarum successione, admittitur
nihilominus ea, si feudum sit eius conditionis, hoc est, femineum,
vel pacto acquisitum. 5. cap. 1. §. fin. de succes. feud. Vide latissimè
Dn. Vultei. c. 9. num. 40. Hartm. Pistor. q. 34. n. 18. & multis seqq. ubi ad
contraria respondet. Rosenth. d. l. concl. 35. n. 9. & seqq. Sonsbec. p. 9. n. 123.
Rittershus. d. c. 14. num. 3. Diss. Andr. de Ifern. in c. 1. §. & quia. de his
qui feud. dar. vel acciper. poss. Matth. de Afflict. tit. de feud. fem. num. 14.
Acriter pra omnibus Ioan. Thomas Minadous in constit. Regni. c. in ali-
quibus, sub rubr. textus constitutionis. num. 20. b c. si cui militi, Casus
quib. femin. in benef. succed. 2. F. 104. arg. c. quoniam. §. porrò. & §. cui
autem, ut lite non contestat. Cessante enim ratione prohibitionis,
cessat ipsa prohibitio. Abbas in c. cum cessante. de appellat. At hinc ces-
sat prohibitionis ratio seruitia scilicet. Ergo & c. Cuiac. in c. 1. §. quin
etiam Episcop. vel Abbat. VVurmbser. de Feud. obs. 14. Georg. Obrecht th.
115. & seq. Hartm. Pistor. 2. q. 34. n. 32. Vultei. c. 9. n. 41. ubi plures. Diss.
Bald. in l. quoties. in pr. C. de suis & legit. hered. Curt. Iun. p. 3. prine. n. 5.
vers. quinto limitate. Zas. p. 8. F. n. 43. Duaren. c. 10. n. 7. Schrader. c. 4. n.
11. arg. c. 1. §. hoc aut. de his qui feud. dar. vel acciper. poss. iuncta l. 1. D. de
legat. prastand. Borcholt. c. 7. pr. num. 68. c d. c. extraord. si cui militi.
Cas. quib. fem. Quam sententiam communiter approbatam sequitur Clarus
§. feudum, q. 73. n. 8. Bald. Aluarot. c. 1. §. quinetiam, Episcop. vel Abbat.
Diss. Andr. de Ifern. c. 1. §. fin. in quib. caus. feud. amitt. Sonsbec. p. 4. nu.
22. Zas. p. 8. n. 49. d c. 1. §. hoc autem notandum. de his qui feud. dar.
vel acciper. poss. c. 1. de succes. feud. c. 1. §. fin. de feud. March. cap. 1. §. fin.
Quid sit inuestit. c. 1. vers. ad filias, de succes. fratr. c. 1. §. fin. In quib. caus.
feud. amitt. c. 1. in pr. de natura succes. feud. c. 1. de eo qui sibi vel hered. suis.
Zas. p. 8. num. 38. Sonsbec. p. 9. n. 123. Borcholt. c. 7. p. 2. n. 66. Schrader. c.
4. num. 41. & seqq. De huiusmodi pacti conceptione eiusq; vi ob-
seruantiam singularem vide apud Hartm. Pistor. q. 34. num. 42. &
Obrecht. th. 129. & multis seqq. e c. significauit ibi Bald. & Dd. extr.
de rescript. Schrader. c. 4. num. 53. Vultei. d. c. 9. num. 48. arg. §. ius au-
tem. de I. N. G. & C. & l. omnes populi. D. de I. & I. l. de quib. 31. D. de le-
gib. Clarus q. 73. num. 9. Dummodò ab ijs statutum sit factum, qui
potestatem statuendi habent. l. fin. D. de Iurisd. cap. ut animarum, de
constit. lib. 6. Rosenth. concl. 43. num. 1. & 2. Plures limitationes vide apud
Schrader.

Schrader. d. loc. num. 49. & seqq. f. c. 1. §. quinetiam. Episcop. vel Abbat. c. 1. §. filia, de success. feud. c. 1. & ibi Matth. de Afflict. & Dd. de success. fem. Licet masculus ultimo vasallo defuncto sit in remotiori gradu coniunctus quam femina. c. 1. ibi Aluarot. de eo qui sibi vel hered. suis. Curt. Iun. p. 3. princ. num. 13. Latè Ludolphus Schraderus d. c. 4. num. 60. & seqq. Dn. Gothofr. Antony d. disp. 6. thes. 5. lit. a. g. d. c. vn. §. quinetiam. Episcop. vel Abbat. 1. F. 6. c. vn. §. filia. de success. feud. 1. F. 8. & in extraord. rit. 104. §. 1. Idq; arg. c. vn. de eo qui sibi vel hered. suis. 2. F. 17. & c. 1. de feudo femin. 2. F. 130. Zasius. 1r. feud. p. 8. num. 52. Schrader. d. loc. num. 64. Ex dispositione, inquam, iuris feudalis, Aliàs secus est, si propriam verborum attenderis significationem, quà feminæ masculis æqualiter sunt coniunctæ, & cum ijs ad successionem feudi similiter videntur vocati. l. si quis. 7. D. de Vsufr. accrescend. l. Titia. 36 §. nihil distat. de legat. 1.

VI.

Hinc enata est vt nobilissima, ita & multis Dd. difficultatibus & inuolucris implicata, ac in vtramq; partem diutissimè ventilata controuersia: Si feminæ per existentiam masculi semel sunt exclusæ, an perpetuo censeantur exclusæ? Non iniuria hic dixeris: Hinc atq; hinc vastæ rupes, geminiqu; minantur in cœlum scopuli. Vtraq; sententia, præterquam quod patronos habeat eruditissimos, præiudicijs insuper Cameralibus est munita. Me Theoricam veritatem inspicientem Clarissimi Dn. Gothofredi Antonij doctrina vt perpetuo exclusam mulierem arbitrer, permouet.

Quam probare video summum Feudistarum Coryphæum Dn. Ludolphum Schraderum in absoluto suo tractatu feudali part. 7. cap. 4. num. 83. Et plerosq; Dd. quos magno numero congesit Henricus Rosenthal c. 7. de feudis concl. 44. n. 13. Fachin. 7. controu. 45. Andr. Kni-chen de inuestitur. paction. part. 1. cap. 3. a num. 23. vsq; ad num. 223. Camera Imperialis in causa Wilhelm Habern/ contra, die Churfürstliche Pfalz. Cuius integrum votum additum est in illa causa apud Adrianum Gillman. tom. 7. in not. & supplicat. Cameral. p. 1. vot. 21. Gothofred. Antony d. disp. 6. lit. a. Probatur per cap. 1. §. quinetiam, Episcop. vel Abbat. 1. F. 6. Vbi Feudista quærit, non an eo casu feminæ cum

C

masculis

masculis in successione feudi concurrant, sed cum certum esset non concurrere, illud inuestigat an per existentiam masculi semel exclusæ deinceps vnquam rursus ad successione[m] admitti queant, masculis scilicet post deficientibus: an verò extincto iure feudi res ad dominum potiùs reuertatur. Posterius amplectitur Feudista ea sine dubio ratione, quia feminæ in eum casum & sub ea conditione masculis censebantur substitutæ, si hi non existerent Feudi successores. Cum ergò successores extiterint, atq; ita conditio extiterit, necesse est euanuisse substitutionem, ac proinde masculis postea decedentibus, feudum ad dominum reuerti. Hanc genuinam illius §. esse sententiam apparet. 1. ex subiecta materia. Quia si propositionem tit. 5. cum clausula finali tit. 6. & quæ in duabus illis titulis continentur inter se conferamus, aperte cognoscimus ibi proponi casus quibus feudum amittitur seu extinguitur, & ad dominum reuertitur, præterquam in pr. tit. 6. quod ab illo tractatu alienius est: Vnde factum vt in vulgatis codicibus interiecta sit peculiaris inscriptio vel rubrica (Episcopum vel Abbatem vel Abbatissam vel Dominum plebis feudum dare non posse) quæ pertinet ad solum illud principium, cæteros verò §§. vtpote sub dicta generali propositione, eiq; respondente clausula finali contentos, minimè respicit, aut includit. Imò Cuiacius libr. 1. tit. 2. §. item si Episcopus, qui non agnoscit istam insertam rubricam, ostendit d. pr. non esse omninò heterogeneum. 2. Ex ipso textu. Vtitur enim Feudista particula Quinetiam, qua significat non tantum illis casibus, qui inde ab initio tit. 5. propositi sunt, quiq; minus habent dubitationis, feudum amitti & ad dominum reuerti, sed idem etiam contingere in casu d. §. quinetiam, maximè dubio. Nisi enim ita illam dictionem ibi accipiamus, non video quomodo suam vim & naturam retineat, quæ est vt implicet casum minus dubium, & casum magis dubium exprimat, seu vt notet comparationem maiorum. *Da ad l. qui se patris. C. Vnde liberi. Tiber. Decian. conf. 17. num. 42. vol. 1.* Deinde cum Feudista in antecedente axiomatis parte dicat: si quis eo tenore feudum accepit, vt eius descendentes masculi & feminæ illud habere possint: Et partem consequentem sic subijciat: relicto masculo feminæ vltorius non admittuntur, patet in hac posteriore parte, subaudiendam esse vocem, descendentes,
ac si

ac si ita scriptum esset : si vel vnus masculus relinquatur feudi successor (nec n. citra Emphasin hîc in singulari numero masculorum meminit, cum antea eorum meminert in plurali numero) feminæ à priore acquirente descendentes, qualescunq; sint siue sorores illius masculi, siue ex sororibus, aut illo ipso masculo natæ, siue tempore successione masculo delatæ extiterint, siue postea in lucē fuerint editæ vltorius ad feudi successione non admittuntur. Qualitas enim in antecedente axiomatis parte proposita, in consequente censetur repetita : Et quoniam vox (feminæ) indefinitè ponitur cum negatiua, æquipollet vniuersali (nullæ) præsertim cum inde nulla sequatur iuris feudalis correctio, sed ad communem feudorum naturam res sic reducatur. Nec multum videtur referre an dicas feminæ vltorius non admittuntur, an ita : nullæ feminæ vltorius admittuntur, *vti obseruauit Rosenthal. capitul. 7. concl. 44. num. 2.* Magnam sanè vim habet dictio (Vltorius) cum negatione coniuncta, quia tractum & continuationem temporis significat, quasi dixeris, nullo tempore, quod arguit. *l. 3. in fin. C. de præscr. 30. annor. Tiraquel. ad l. si vnquam. in verb. reuocatur. num. 127. C. de reuoc. donat. 3.* Ex §§. seqq. eiusd. tit. Nam proximè sequens §. ad materiam amissionis & deuolutionis feudi pertinet : Estque de muto cui & aliàs feminæ comparantur. *c. vn. an mut. vel alias imperf. 2. F. 36.* In d. §. Mutus. hæc subijcitur clausula : Et his omnibus casibus amittitur feudum & ad dominum reuertitur, qui certè ad duos §§. præcedd. ex æquo pertinet : Inprimis si iuxta vulgarem editionem hunc titulum ab antecedente seiungamus. Non enim diceret Feudista omnibus casibus feudum amitti, nisi plures casus in tit. proponerentur, quibus feudum amittatur. At non proponerentur ibi plures casus eius generis, nisi includeretur & ille qui continetur, & ille sub d. §. quinetiam. Si autem hoc casu feudum amittitur & ad dominum reuertitur. Ergo femina ad illud non habet regressum, & semel à masculo exclusa perpetuò exclusa manet. *4. Probatnr ex cap. 1. §. filia, de success. feudi. 1. F. 8.* Vbi duo ablatiui absolutè positi conditionem inducunt, *notant Dd. in l. à testatore. D. de condit. & demonstr. & ad rubr. D. Sol. matrim. Menoch. conf. 38. n. 26. & conf. 69. n. 72. Dis. Hartm. Pistor. lib. 2. part. 2. qu. 36. num. 11. Dn. Vultei. lib. 1. F. c. 9. num. 51. & seqq. M. Anton. Peregrin. conf.*

18. lib. 1. Petrus Heigius p. 1. q. 26. n. 8. & seqq. mordicus pro hac pugnans.
Plures vide apud Dn. Gothofr. Antonij, d. loc. lit. a.

VII.

Porro, tam animi *a* quam corporis *b* vitio laborantes, si ex natura sit vitium, in feudo succedere prohibentur. *c* Sin ex accidenti morbis his corripiantur, in feudo antiquo, *d* admittuntur. Adoptiuos *e* ex matrimonio ad Morganaticam contracto susceptos *f* adfines *g* conjuges *h* fiscum *i* successione planè gaudere nulla nullius dubij est, nullius litigij.

a Ut sunt furiosi, mente capti & similes. *c. 1. an mutus, vel aliàs imperf.* Feuda quippe conceduntur vasallo ut præstet seruitia. *c. vn. §. beneficium. In quib. caus. feud. amitti. 2. F. 36.* At illi præstare hæc non possunt. Ergo feuda obtinere nequeunt. In omnibus enim causis ubi personæ conditio locum facit beneficio, deficiente conditione beneficium etiam deficit *l. in omnibus causis. 68. de R. J. c. 1. §. sed non est alia. Qua fuit prim. caus. benefic. amitt. 2. F. 24. Ludolph. Schrad. p. 7. c. 5. num. 36. Schenck. Baro in c. 1. §. mutus. n. 6. & seqq. Episcop. vel Abbat. Zasius p. 8. n. 67. VVes. c. 6. F. n. 20. Borcholt. c. 7. part. 2. n. 63. Hartm. Pistor. lib. 2. quest. 32. num. 9. & seqq. Rosenthal. d. c. 7. concl. 28. n. 1. lit. a. Vulteius c. 9. num. 63. Vide Dn. Valentinum Forsterum de success. ab intestat. c. 23. n. 61. & seq. De prodigo iudicat Dn. Vulteius. eum à successione non arceri. Quippè seruitia præstare, & cætera in fidelitatis formula contenta exhibere possit, sed administratio bonorum feudalium, sicuti & allodialium apud curatorem erit constituenda. quod sequitur Dn. Gothofr. Antonij d. disp. 6. thes. 10. lit. a.*

b quales sunt muti, surdi, cæci, &c. *c. 1. §. mutus, Episcop. vel Abbat. c. 1. & ibi Dd. an mut. surd. vel alias imperf. Prepos. in d. c. 1. §. mutus. n. 1. ibidem. Schenck Baro. n. 1. Curt. Iun. p. princ. 3. membr. 1. num. 8. Zasius p. 8. n. 68. VVes. c. 6. n. 20. Hartm. Pistor. p. 2. lib. 2. qu. 32. num. 8. Sonsbec. p. 9. n. 114. Borcholt. c. 7. p. 2. n. 63. Rosenth. c. 21. n. 1. lit. a. Schrad. d. c. 5. n. 32. Idem iudicium est de manum debilitatam & ad seruitia inutilem habente, *gl. in l. de quibus. D. de legib. Rosenth. d. c. 28. n. 2.* Quinimò de hermaphroditis hoc quoq; dixeris si in sexum magis inclinet femininam. *Sonsb. p. 9. n. 74. Dn. Vultei. d. d. c. 9. num. 61.**

c Ratio-

e Rationem huius distinctionis inter vitiū naturale & accidentale adducunt FF. Quod feudum habuit originem in persona patris, & deinde fuit confirmatum in persona successoris, qui cum semel idoneus fuit, iustam succedendi spem, iure successione, & pacto antecessorum est adeptus. Etiam si igitur post casu quodam imperfectus reddatur, non tamen propterea perdere debet feudum duabus radicibus firmatum, cum regulariter duo vincula fortius ligent quam vnum. *Nov. 84. circa fin.* Quod non obtinet in imperfecto nato. In eo enim feudum nunquam radices egit: nec in feudo nouo, vbi feudum possidens se tueri pacto antecessorum non potest. *Dn. Hartm. Pistor. d. q. 32. per tot. Georg. Obrecht. d. disp. th. 59. & seqq. Vide pra omnibus Rosenthal. d. loc. vbi alias Dd. rationes refutat.*

d Erubescimus enim sine lege loqui inquit Imperator. *in Nov. 18. c. 5.* At nulla feudali lege cautum, vasallum qui ex accidenti post feudum acquisitum inhabilis est factus, feudum amittere. Ergo 2. Vasallus feudo semel acquisito sine sua culpa, ab ipso commissa, non est priuandus. *1. tit. de feudo sine culp. non amitt.* At valetudo aduersa superueniens inter culpam neutiquam referenda, neq; eo nomine vasallo quicquam imputari potest. Feudo igitur non priuandus. *Vide pluribus Dn. Pistor. d. loc. num. 25. & seqq. VVesenb. c. 6. n. 20. Dn. Forster. de success. lib. 4. cap. 23. num. 62. Dn. Vultei. c. 9. n. 64. Rosenthal. concl. 27. n. 2. & seqq. Schrader. d. n. 32. c. 5. arg. l. sed est quasitum. 6. & ibi Ias. D. de liber. & posth. l. si serua. 40. §. si spadoni D. de iure dot. §. sed & illud. l. de Adopt.* Quid autem de feudo nouo dicendum, mirè Dd. inter se digladiantur? Non ad illud admitti textibus iuris feudalis magis consentire videtur, *arg. c. 1. §. mutus. Episcop. vel Abbat. 1. F. 6. vbi Dd. communiter omnes. Zas. p. 8. num. 68. in fin. Borcholt. cap. 7. membr. 2. n. 63. in fin. Schneid. p. 6. c. 3. num. 34. Cuiac. 1. F. 2. in fin. Andr. Fachin. 7. controu. 34. Dissidentes vide apud Gothofr. Antony disp. 6. thes. ult. lit. f. c. 1. §. adoptiuus, si de feudo defunct. content. sit inter dom. & vasal.* Deinde adoptio non adfert ius sanguinis. *§. per adoptionem l. de legit. agnat. success. l. 23. D. de adopt. l. 7. D. de in ius vocand. l. 12. §. fin. D. de ritu nupt.* Atqui feuda sanguini conceduntur, non extra sanguinem. *Cuiac. 2. F. 10.* Nec in potestate vasalli collocari debet, per commentitios & factitios liberos Dominum vel agnatos suo iure priuare. *Rittershus. d. cap. 14. num. 4. Ergo & c. Schenck Baro ad d.*

C 3

§. ado-

S. adoptivus. Georg. Obrecht. th. 243. ubi casus quatuor excipit. f h. e.
 illi filij ex ea vxore nati, cum qua matrimonium tali conditione est
 contractum, ne filij ex ea nati patri ab intestato succedant. *c. 1. §. filij.*
Si de feud. defunct. content. sit. 2. F. 26. Hi enim filij cum propriè pro filijs
 non habeantur, meritò nec feudorum sunt capaces, quæ præcipuè
 filijs deferuntur. *cap. vn. de filijs nat. ex matrim. ad Morgan. contract. De*
lectione d. c. vn. §. filij. vide interpp. Cuiac. Eguin. Baron. Borcholt. Vigel. c.
4. p. 7. reg. 2. except. 7. Negatiuam suadet & subiecta *αιτιολογία* &
 alterius loci consensus. *c. vn. de filijs natis ex matrim. ad Morg. con-*
tract. *g* In materia enim feudali adfinitate coniunctus habetur
 pro extraneo. At extranei nulla est successio *cap. 1. §. ut au-*
tem de his qui feud. dar. vel acciper. poss. c. 1. de success. fratr. Bursat. conf.
129. num. 27. volum. 2. Ergo nec adfinis. *Dn. Vultei d. c. 9. n. 120. &*
121. h c. 1. an marit. succed. vxor. cap. 1. de inuestit. quam Titius accep.
à Sempron. Aluarot. & FF. vulgo in c. 1. §. fin. de inuestit. de re alien fact.
Dn. Schrader. p. 7. c. 5. n. 24. Rosenth. c. 7. concl. 133. nisi feudum sit sim-
 pliciter & absolute hereditarium, & ad quoscunq; heredes transi-
 torium. *Dn. Vultei. d. c. 9. n. 122. i Francisc. Sonsbec. part. 9. n. 116.*
Dn. Vult. num. 123.

VIII.

Fuerunt hæ personæ, quæ succedere in feuda prohiben-
 tur. Succedentes autem iure communi sunt in ordine vel
 descendantium, vel ascendentium, vel collateralium. In
 descendantibus prior & potior causa est liberorum. Et qui-
 dem naturales & legitimi *a* sui & emancipati *b* æqualiter
 in infinitum *c* si primi gradus sunt, in capita, si vltioris,
 siue soli sint, siue cum primi gradus liberis concurrant, in
 stirpes vocantur *d*. In graduū computatione quodnam ius,
 an Canonicum, vel ciuile sit obseruandum diuersimode In-
 terpp. sentire & respondere video? Ego reiectis Canonistis,
 Ciuile ius sequendum existimo. *e*

a Ratio enim naturalis quasi lex quædam tacita liberis pa-
 rentum adijcit hereditatem velut ad debitam successione[m] eos vo-
 cando ait Ictus in *l. cum ratio 7. D. de bon. damnat.* Et propter votum
 parentum naturalemq; erga filios caritatem liberis paterna debe-
 tur

tur hereditas, pieq; relinqui debet, vt loquitur Papin. in l. nam & si. 15. D. de inoff. testam. Textus feudal. in c. 1. in pr. de success. frat. c. 1. in pr. de natur. success. feud. 2. F. 50. Wesenb. de feud. c. 6. n. 9. Sonsbec. p. 9. n. 49. Menoch. cons. 16. n. 1. vol. 1. Zas. p. 8. n. 3. Dn. Vultei. c. 9. n. 87. & in exegesi feudali pag. 897. b Aequaliter hi iure ciuili nouo parentibus succedunt Non. 118. c. 1. Ex qua repetatur huc, quod iure feudali expressè decisum non est, ex doctrina Oberti in c. 1. de feudi cognit. 2. F. 1. Iure namq; feudorum coniuncti per lineam masculinam succedunt, & id tantum inspicitur, vtrum quis ex latere paterno, an vero materno sit coniunctus, sicuti notat. Wes. ex Baldo in tr. feud. cap. 6. Ex paterno autem latere coniunctus est & manet emancipatus. arg. l. moris. §. fin. de pœn. Curt. Iun. p. 3. concl. 3. n. 3. & seqq. Aluarot. in c. 1. §. hoc quoq; de his qui feud. dar. vel acciper. poss. vbi & Dd. alij. Schrader. c. 5. n. 11. Zas. p. 8. n. 4. Sonsbec. p. 9. n. 60. vbi in fine, ad dubium quod in contrarium mouerat illum, ipsemet respondet. Borch. c. 7. p. 2. n. 15. & 46. Wesenb. cons. 82. num. 26. Rosenth. concl. 16 n. 1. Vbi n. 2. suitatem in feudis amplius non attendi arbitratur. c. c. 1. in pr. de success. feud. ibi: tantum filij aequaliter. 1. F. 8. c. 1. §. hoc quoq; de his. qui feud. dar. vel acciper. poss. 1. F. 1. c. 1. de success. frat. Schrad. c. 5. num. 1. & 2. Sonsbec. num. 57. Zas. num. 3. Rosenth. concl. 15. num. 1. & FF. com. Quod tamen in regali feudo secus obtinet: Cum ad eius successionem solus admittatur primogenitus. Vide auream Bullam Caroli IV. Anno 1356. Noribergæ scriptam. p. 6. constit. Imper. Rubr. Von der Erzbischoffen Segen. §. Wiewol/ Mynsing. 3. obs. 2. Gail. 2. obs. 153. num. 2. Dn. Vultei. c. 8. n. 36. per c. 1. §. ducatus. de prohib. feud. alien. per Frider. Hartman. Hartman. 2. Obseru. 20. Tiber. Decian. vol. 3. cons. 117. numer. 14. Curt. Iun. p. 4. q. 3. num. 122. In specie de Regno gl. est in c. si heredes. extr. de testam. verb. interdicatur. Schenck Baro à Tautenbergk. d. §. praterea ducatus. num. 1. Couarru. 3. var. resol. 5. num. 5. Eleganter Menoch. vol. 1. cons. 97. d Illi iure proprio: hi iure repræsentationis ex persona defuncti parentis. c. 1. in pr. ibi, filij tantum aequaliter, vel nepotes ex filio loco sui patris. de success. feudi. 1. F. 8. c. 1. de success. frat. §. cum filius. 1. de hered. qua ab intest. def. Andr. de Ifern. num. 1. in d. c. 1. de success. feudi. Curt. Iun. 3. part. nu. 12. gloss. in l. cum ita. 33. §. in fideicommissio, verb. proximo, D. de legat. 2. Eleganter Ludolph. Schrader. d. c. 5. n. 38. & seqq. Vbi in fine tradit, contra Angel. in d. §. cum filius & Paris. cons.

vis. conf. 40. num. 29. lib. 2. Ius representationis in infinitum in linea
descendente habere locum, se docuisse in consilio reddito pro no-
bilibus à Bartenleben / & pro rege Daniæ, Quo motus etiam est
Henr. Rosenthal. d. concl. 16. num. 12. vbi dextrè & candidè vberius
contrarijs confutatis hanc sententiam enucleasse prædicat Clarif-
simum Ictum Dn. Valentin. Forster. in tr. suo de success. cap. 21. n. 6. &
seqq. vsq; ad fin. libr. 4. Vide quæ notat. Georg. Obrecht. th. 68. & seqq. & th.
160. th. 177. vsq; ad 194. Ioan. Niellius disp. feud. 5. th. 2. lit. f. e Quod mul-
tis iisque egregijs & indubitatis argumentis demonstrat Ioan. Niel.
disp. feud. 5. th. 1. lit. e. per c. 1. §. hoc quoq; sciendum, ibi, iure antiquo feu-
dum successione nõ progredi vltra fratres patrueles. de his qui feud.
dar. vel acciper. poss. 1. F. 1. iuncto c. 1. §. hoc quoq; verb. & olim obserua-
batur vsq; ad quartum gradum. de success. feudi 1. F. 8. 2. cap. 1. verb.
eadem prorsus obseruando quantum ad ordinem gradus qui con-
tinetur in legibus. An ille qui interfec. frat. domin. sui feud. am. 2. F.
37. 3. c. 1. de natura success. feud. Andr. de Ifern. d. c. 1. §. & quia vi-
dimus, num. 21. in fin. & seq. de his qui feud. dar. vel accip. poss. ibid. Pra-
pos. n. 73. Schenck Baro c. 1. num. 5. de success. feud. Curt. Iun. p. 3. membr.
3. num. 52. Borcholt. c. 7. membr. 2. num. 86. Duaren c. 11. n. 14. Ludolph.
Schrader. d. p. 7. c. 7. quest. 4. num. 12. Dn. Vultei. c. 9. num. 113. Rosenthal
latè d. cap. 7. concl. 58. nu. 9. & seqq. vbi contraria refutat, & nostram,
quam defendimus, à Camera Imperialis adfessoribus obseruari so-
litam testis est. Diss. Hotoman. c. vn. si vasall. feud. priuat. cui deferatur.
2. F. 31. eumq; secutus mordicus idem propugnat Hartman. Pistor. p.
2. lib. 2. quest. 19. n. 7. & seqq.

IX.

De legitimatis maximæ sunt Dd. controuersia: Nos
 liberè dicimus & edicere non dubitamus tam per subse-
 quens matrimonium *a* quam per rescriptum Principis
 Curiaue oblationem *b* legitimatos, nisi de eorum succes-
 sione in prima inuestitura cautum sit, aut ab ipso feudi do-
 mino vel certè eo consentiente ad feuda capienda sint le-
 gitimati *c* ad successionem non admitti. Idemque de ex
 heredatis *d* & naturalibus tantum *e* nostrum esto iudi-
 cium.

a c. 1. §. naturales. Si de feud. defuncti cont. sit. 2. F. 26. Vbi enim
lex non distinguit nec nos distinguere debemus l. de precio D. de publ.
in rem act. At d. c. 1. §. naturales non distinguit, Ergo. 2. Legitimati
comparari solent cum adoptiuis. Accurs. ad l. 1. C. de adopt. At ado-
ptiui non succedunt in feudis. Dixi supr. th. 7. lit. e. 3. Quod con-
tra rationem iuris receptum est, non producendum est ad conse-
quentias l. quod verò. 14. l. seq. D. de LL. l. quod contra 141. pr. D. de R. I.
At successio in feudis recepta est contra primæuam eorum natu-
ram & conditionem. c. 1. de natur. success. feud. 2. F. 50. & passim. Non
ergò producenda ad consequentias. Sonsbec. p. 9. num. 72. Horom. §.
naturales. & disp. feud. 14. fol. 80. & 81. Ioan. Niell. d. disp. h. th. 7. lit. d. Dn.
Vulteiue d. c. 9. F. n. 44. Conrad. Rittersh. c. 13. part. feud. n. 3. Vbi pro hac
sententia responsum asserit ab Ingolstadiensi facultate Iuridica,
& constitutionem hac de re nouiter latam esse ab Illustrissimo no-
stro Guelforum Principe notum est. Diss. Schenck Baro à Tautenbergk
ad d. §. naturales, n. 9. Zas. p. 8. n. 74. Hartm. Pistor. 2. q. 41. n. 1. 2. & 3. Ge-
org. Obrecht. disp. feud. 10. th. 215. & multis seqq. Treutl. vol. 1. disp. 2. thes. 6.
lit. f. b d. §. naturales. c. 1. si de feud. def. cont. sit. & ibi Dd. com. Niel.
d. loc. Vultei d. loc. n. 93. §. de legitimatis per rescriptum. Schrader. c. 5. n. 23.
Obrecht. d. disp. th. 230. & seqq. c Ea enim feudi est natura, vt si-
ne consensu domini nihil de eo possit disponi, nihil ad alium quàm
ad quem ex tenore concessionis pertinet, transferri. t. t. de alienat.
feudi. t. t. de prohib. feud. alien. per Lothar. t. t. de prohib. feud. alien. per Fri-
der. Et hæc maiori & saniori Interpp. parti sententia placuit. Ho-
stiens. in c. per venerabilem. §. rationibus. in verb. requisiti, Qui filij sint le-
git. Hartm. Pistor. d. p. 2. q. 40. n. 10. Georg. Obrecht. d. disp. th. 233. Niell.
d. loc. th. 7. lit. d. Dn. Vultei. all. loc. Dn. Gothofr. Antonij. disp. 5. th. 6. lit. e
Clariss. Dn. Forster. lib. 6. de success. c. 12. in fin. Diss. qui putant genera-
liter potestate legitimandi concessa à Principe, qui non est domi-
nus feudi, stringere hoc dominum feudi, vt is inuitus ad successio-
nem legitimatum teneatur admittere, quos refert & reijcit H. Pi-
storis all. loc. n. 10. Hoc nos certissimum statuimus, non posse Impe-
ratorem in præiudicium agnatorum legitimare, & per hoc ex ple-
nitudine potestatis ius alteri quæsitum auferre, cum Andr. Fachineo
7. contr. 50. Princeps enim non præsumitur vsurus plenitudine po-
testatis, sed potestate ordinaria. l. quanquam, l. in testamento. C. de te-
stam. mi-

stam. milit. & notat Innocent. in c. innotuit, de Elect. 2. Id quod nostrum est sine facto nostro ad alium transferri non potest. l. id quod nostrum D. de R. I. l. quandocunq; §. si quesita. de V. O. l. cum maritus, D. de Iur. dot. At agnatis ex pacto antecessorum hoc fuit ius, vt illi succedant, quæsitum. Adde 3. l. nec filio, D. de natal. restituend. Et 4. Interpp. Brocardicam, Principem non posse inuestire filium in præiudicium agnatorum, ad quos pertinet successio c. 1. de alien. feud. pat. c. 1. §. et si clientulus, de alienat. feudi, c. Titius, si de feud. def. cont. sit. c. 1. de vasall. decrep. etat. c. 1. de eo qui finem fecit agnat. Recte autem prædicta limitaueris, si iusta aliqua causa motus Princeps filium in præiudicium agnatorum legitimauerit: Illa enim quæ diximus, eò tendere volumus, ne Princeps pro libitu & sine iusta causa potestate suâ absolutâ vtatur: interim non tam arctis eum cancellis circumscribentes, vt accedente legitima causa, contra leges quandoq; aliquid statuere, modo cautè & circumspectè hoc agat, non possit. Sed & quando vasallus possidens præiudicare in feudis iure suo vtendo potest, cessant rationes allegatæ. Vnde & ius cessabit. Vide Hartm. Pistor. q. 40. n. 24. vsq; ad fin. d. Beneficium debere amittere illum tam naturalis quam ciuilis suadet ratio, qui aliquam ingratitude causam commiserit, quæ colligitur ex noua constitutione, (puta Nov. 115.) iustas exheredationis causas enumerante, c. 1. §. prædictis modis Quæ fuit prima causa benef. amitt. Obrecht. disp. 10. th. 95. Niell. th. 6. lit. c. Zas. p. 9. n. 8. Duaren. c. 11. Borcholt. c. 7. p. 2. nu. 61. Curt. Iun. p. 3. princ. membr. 2. n. 6. Mozz. de substant. feud. n. 72. Rittersh. c. 15. n. 5. Clarus. q. 74. Diss. Ioan Gædd. disp. f. 7. th. 3. lit. c. ubi plures. e c. 1. §. naturales, si de feud. def. content. sit. Dd. com. ibid. Obrecht. th. 201. & seqq.

X.

Cæterum indignum iudicamus filium qui in beneficium succedat parentis, (licet Dd. acriter de eo digladiantur) qui repudiatis rebus parentis allodialibus, feudum retinere satagit: Vtiq; enim vtrumq; aut retinere, aut repudiare eum debere indubitatè statuimus: Et quidem feudum non tantum hereditarium Erblehen/ sed etiam ex pacto & prouidentia acquisitum. a Veruntamen in agnato, allodia repudiante,

ante, distinguendum iudico, vt feudum hereditarium amit-
tat, ex pacto & prouidentia retineat. *b*

a *c. 1. An agnat. vel filius, & c. 2. F. 45.* Quod namq; dubitatio-
nis fuerat maximæ, Feudista voluit decidere & indubium reddere.
At filium retinere non potuisse feudum hereditarium repudiatis
allodialibus, nequiquam erat dubium, sed ex natura feudi heredi-
tarij constabat, *Vide supr. th. 2. lit. b.* Decidere itaq; hoc Feudista
non voluit, sed de feudo ex pacto & prouidentia quid in hoc the-
mate iuris esset dubium, redditit indubium & clarum. In contro-
uersissimo hoc iuris articulo autem pro hac sententia volue & re-
uolue solidis rationibus pugnantem Feudistam nobilissimum *Dn.*
Hartm. Pistoris p. 2. quest. 2. per tot. eumq; secutos Dn. H. Vultei. c. 9. num.
114. Dn. Ioan. Gædd. disp. feudal. 5. th. 6. lit. a. Andr. Fachin. 7. contr. cap.
5. Rittersh. c. 15. part. feud. n. 15. Contra Bald. Landens. Præpos. Schenck Ba-
ronem, Mynsing. cent. 3. obs. 67. Gail. 2. obs. 154. in pr. Borcholt. c. 7. nu. 94.
Clar. quest. 76. n. 3. Arium Pinell. l. 1. p. 3. n. 85. C. de bon. matern. Rosen-
thal. cap. 2. concl. 33. n. 5. c. 7. concl. 21. n. 2. & 9. vbi plures. b d. c. 1. an
agnat. vel fil. Dn. Vultei. d. loc. vers. atq; hoc ita, Dn. Pistor. d. loc. in pr.
Eleganter Gædd. d. thes. 6. lit. c. & d. Fachin. d. loc. vbi rationes diuer-
sum in agnato & filio ex indubitato iure demonstrantes refert.

XI.

Ex quo illud certissimum sequitur, quod agnatus vasal-
lus successor æs alienum, à vasallo prædecessore suo contra-
ctum si feudum, in quod succedit, hereditarium sit, exsol-
uere teneatur. *a* Quod tamen si sit ex pacto & prouiden-
tia, (nisi filius existat successor) negandum arbitror. *b*

a *d. c. 1. ibi. nec de debito hæreditario aliquid feudi nomi-*
ne soluere, & ibi, nullo onere ei hereditario imminente. An agnat.
vel filius defuncti. 2. F. 45. Vndè ducuntur argumenta à contrario
sensu, si agnatus non repudiarit hereditatem, de debito heredita-
rio feudi nomine aliquid soluere cogitur, & filio si adierit heredi-
tatem, imminebit onus hereditarium. *Hartm. Pistor. d. q. 2. num. 39.*
Andr. Gail. 2. obs. 154. n. 10. & 18. 19. Mynsing. 3. obs. 67. n. 10. Vultei. d. n.
115. Gædd. th. 7. lit. a. b nisi de fructibus eius anni, quo mortuus
est vasallus secundum distinctionem textus in c. 1. §. de his consequen-
ter, Hic

D 2

ter, Hic

ter, Hic finitur lex. 2. F. 28. & ibi FF. comm. text. in c. 1. an vassall. vel fil.
def. Gail. 2. obs. 154. n. 1. Dn. Vultei. d. loc. Gædd. d. loc.

XII.

Grauisimæ & cottidianæ de singulis esse disputationis
asserit eximius Feudista, 1. an feudum in legitimam impute-
rur, *a* 2. an conferatur. *b* 3. an in fideicommissariam
veniat restitutionem. *c* 4. non agnitum ad heredes trans-
mittatur. *d* 5. deniq; an ius accrescendi in eodem locum
habeat. *e* Vbiq; de in legitimam imputatione, collatione,
fideicommissaria restitutione, ad heredes transmissione, iure
accrescendi adfirmatiuam iuri nostro consentaneam ample-
ctor.

a De hereditario antiquo & nouo omnes consentiunt Lu-
dolph. Schrad. c. 5. F. n. 43. Hartm. Pist. 2. q. 38. n. 3. Vultei n. 116. Rosenth.
c. 7. concl. 11. n. 20. concl. 13. n. 32. & concl. 17. in fin. Rittershus. cap. 15. n. 32.
VVurmsfer. pract. obs. tit. 51. obs. 11. De ex pacto & prouidentia anti-
quo feudo negant. Curt. Iun. p. 3. q. 30. n. 134. VVurms. de natural. feud.
n. 107. Gail. d. obs. 154. n. 15. Schrader. c. 5. n. 44. Pistor. d. q. 38. n. 1. Ratio-
nem adsignat Vultei. d. loc. Gædd. th. 8. lit. a. per l. omnimodò. §. imputari.
C. de inoff. testam. l. quoniam Nouella C. eod. l. filia. C. famil. ercisc. Dis-
vide ibid. *b* Cuius resolutionem Rittershus. à priori pendere
ait, vt à pari procedant, & quicquid in legitimam imputatur, sit
conferendum, & contra. l. pen. & ibi Dd. C. de collat. VVurmsferus ta-
men obs. 9. sub tit. de feudis ex sententia Bartoli illud feudum tan-
tum vult conferri debere, quod filius à patre viuo accepit non et-
iam quod post mortem eius, quem sequuntur Dn. Schrader. d. c. 5. n.
42. Vultei. n. 117. *c* Non autem feudum ex pacto & prouidentia,
arg. c. 1. an agnat. vel fil. 2. F. 45. l. in fideicommissaria. 18. §. quotiens. D.
ad Sctum Trebell. l. si res aliena 52. in pr. l. si patriam 55. in pr. D. eod. Quam
de hoc feudo communem esse conclusionem dicit Grassus in §. fidei-
commissum. q. 50. n. 1. nec hereditarium mixtum. Grassus. nu. 2. Moz.
de natural. feudi. n. 105. Dn. Vultei. n. 112. Dn. Gædd. thes. 8. lit. c. Dn. Go-
thofred. Anton. th. ult. lit. c. ubi plures. *d* Schrader. c. 5. n. 57. & seq.
Dn. Gædd. lit. f. arg. l. qui duos 9. §. si maritus, D. de rebus dub. l. cum hic
status.

status. 32. §. si ambo, D. de donat. int. vir, & uxor. iuncto c. 1. & ibi Dd. de feud. March. & arg. l. heres 37. D. de acquir. hered. l. veteris. 13. C. de contrab. stip. iuncto c. 1. an agnat. vel fil. Vultei. d. loc. e Quod speciosis demonstrat argumentis Ioann. Niellius disp. feud. 6. th. 1. lit. b. & paulo post. disp. 7. th. 1. lit. a. in pr. A quo non alienum video Conrad. Rittershusium. c. 15. n. 34. ubi diuersum sentientes notat.

XIII.

Alter de iure communi succedentium ordo est parentum siue ascendentium. Quia v. forte rarius eveniret, ut filij ante parentes decederent, & ita ad eorum successionem parentes vocarentur, factum est, ut feuda quoad ascendentes pristinum suum statum, antiquissimo iure omnis successionis expertem retinerent, & hi a successione feudorum contra iuris ciuilis rationem remouerentur, ordine naturæ feudalis hoc exigente.

l. nam exsi parentes. 15. D. de inoff. testam. cap. 1. in pr. de natur. success. feud. 2. F. 50. Duaren. de feud. c. 11. num. 10. Dd. in c. 1. de natur. success. feud. H. Pistor. 2. q. 19. n. 2. Curt. Iun. p. 3. princ. vers. expedito primo, num. 42. Sonsbec. p. 9. n. 45. Aliam rationem adfert Niell. quod parentes minus reddantur idonei ad præstanda seruitia, ad quæ vasalli adstringuntur disp. f. 6. th. 1. lit. a. Obrecht. disp. 10. th. 31. Aliam Cuiac. 1. F. 1. pag. 24. quod in accipiendo feudo sibi & liberis non parentibus quis prospiciat. Rittershus. c. 12. part. feud. n. 9. Excipe hinc 1. nisi nominatim pactum cum domino factum fuerit, ut si filius decesserit ante patrem, feudum ad patrem reuertatur. c. vn. patrem in feudo filij non succed. 2. F. 84. Niell. d. loc. Cuiac. 4. F. 59. pr. 2. Si pater in fauorem filiorum feudo renunciet, ut inuestiretur de eo filius, & is patre superstite sine liberis moriatur. Iacob. de Ardizo tit. de success. feud. §. ascendentes. Præpos. in c. 1. de vasall. decrep. atat. Schrad. p. 7. c. 6. n. 3. Et sic in Camera Imperiali determinatum notat Mynsing. cent. 3. obs. 93. Rationem huius rei adsignat Obrecht. d. disp. th. 34. & seq. Rosenth. c. 7. concl. 27. 3. Si filius respectu patris ob benemerita fuerit inuestitus. Aluarot. c. 1. de nat. success. feud. ibid. Matth. de Afflict. n. 2. vers. Et hoc quoq; in feudo nouo. Vide Curt. Iun. p. 3. tit. de success. ascendent. n. 42. & seqq. Dn. Gædd. disp. f. th. 2. lit. d.

D 3

Descen-

XIV.

Descendentibus itaq; deficientibus ordo succedit collateralium. In quibus primò fratres defuncto vasallo siue vtrinq; , siue à patre ex vno latere coniuncti, *a* proprio iure in capita *b*: concurrentes autem cum ijs fratrum defunctorum liberi iure repræsentationis in stirpes succedunt. *c*

a c. 1. §. his verò deficientibus. de success. frat. 2. F. 11. c. 1. de natur. success. feud. 2. F. 50. Sonsbec. p. 9. n. 88. & seqq. Iul. Clar. §. feudum. q. 79. n. 2. Rosenth. c. 7. concl. 118. Gail. 2. obs. 151. n. 1. Curt. Iun. p. 3. princ. quest. 6. n. 56. Hartm. Pistor. 1. quest. 33. n. 23. & p. 2. q. 34. n. 1. 12. & seqq. Rittershus. c. 16. n. 5. Zas. p. 8. in fin. Et hanc in terminis communem esse opinionem ait Wesenb. conf. 82. n. 26. pag. (mibi) 212. Vbi paulo post n. 28. de Iure Sax. idem verum asseuerat gl. Landrecht / art. 20. in pr. Vide eundem contraria dilucidè enucleantem. Non idem obtinet in feudo nouo, c. 1. §. in alio verò. de success. feud. 1. F. 8. c. 1. de benef. frat. 1. F. 20. c. 1. §. si enim. de success. frat. 2. F. 11. c. 1. §. cum verò. de his qui feud. dar. vel accip. poss. ne tùm quidem, cum duobus fratribus communiter à domino feudum datum est, d. c. 1. §. cum verò 1. F. 1. d. c. 1. §. filia, de success. feud. Rosenth. c. 7. concl. 119. Schrader. d. c. 7. n. 1. nisi per pactum in inuestiturâ de eo sit prospectum cap. 1. de benef. frat. 1. F. 20. cap. 1. de frat. de nouo benef. inuestit. 2. F. 12. cap. 1. §. vlt. de feudo March. 1. F. 14. Sonsbec. p. 9. n. 80. & seqq. Quare in feudo hoc primus acquirens bonam adhibeat cautelam, vt frater aut alius collateralis simul inuestiatur, & ita fiat simultanea inuestitura, daß sie mit belehnet werden / vnd die gesambte Lehen haben. Gail. 2. obs. 151. n. 4. vbi & de iure Saxon. notat proximiores agnatos etiam in feudo antiquo non succedere, nisi simultaneè sint inuestiti, nicht aus Krafft der Erbschafft / sondern allein aus macht des gedings vnd gesambten Lehens. Schurf. cent. 2. conf. 59. n. 3. aut frater de communibus bonis domino sciente feudum emisset, quia tunc alterius in alterum recepta est successio. d. c. 1. de benef. frat. secus si ignorante domino, ne illi inuito obtrudatur vasallus c. 1. in fin. de frat. de nou. benef. inuestit. Zas. p. 8. n. 23. cum seqq. aut si fratres simul in bello cum domino in hoste profecti feudum acquisissent. d. c. 1. de benef. frat. Sonsb. d. loc. G. Obrecht. th. 260. & seqq. vbi habet fallentias plures. *b* c. 1. de success. feud. 1. F. 8. c. 1. de success. frat. 2. F. 11. Sonsbec. p. 9. n. 89. Rittersh. c. 16. n. 4. Obrecht. d. loc. & Dd. com.

Dd. com. nisi pacto aliud sit cautum Vultei. n. 107. ex quo feudum suam accipit legem, vt notant Dd. in c. 1. §. hoc autem de his qui feud. dar. poss. c. d. c. 1. de success. frat. §. his verò deficientibus. 2. F. 11. c. 1. de nat. succ. feud. 2. F. 50. Zas. p. 8. nu. 17. qui hoc extra omne ponit dubium. Clar. q. 75. Myns. cent. 3. obs. 94. H. Pistor. 2. q. 1. Et in hoc conuenit cum iure nostro feudali ius ciuile, N. 118. c. 3. & N. 127. c. 1. idq; cum iure feudali non sit mutatum cur ex doctrina Feudistæ stare illi prohiberemur? Diss. Didac. Couarruv. pract. quest. cap. 38. quoad feudum ex pacto & prouidentia, quem propter generalitatem textuum refutat Dn. Rittershus. d. c. 16. n. 6. in fin.

XV.

His quoq; non existentibus, agnati vocantur vltiores gradu, vasallo proximè defuncto proximi, & itidem in capita succedentes. *b*

*a arg. c. 1. vers. his verò deficientibus, de success. frat. 2. F. 11. c. 1. in fin. de natur. success. feudi. 2. F. 50. l. omnia 32. §. vlt. D. de legat. 2. l. fin. C. de V. S. Borcholt. c. 7. p. 2. n. 84. Schrader. d. c. 7. n. 19. Rosenthal. c. 7. concl. 133. Dissentientes & proximitatem ex primo acquirente potius æstimates, inter quos esse video Andream Gail. 2. obs. 154. n. 3. conciliabo ex eminentissimo ICTo & Præceptore meo Dn. Hermanno Vulteo d. c. 9. Feud. num. 112. in fin. *b arg. text. c. 1. de natur. success. feud. 2. F. 50. c. 1. §. hoc quoq; de success. feud. 2. F. 8. & FF. passim. Sonsbec. p. 9. n. 113. Duaren. c. 11. n. 14. Rosenth. c. 7. concl. 131. Hartm. Pistor. 2. quest. 23. num. 6. & 15.**

XVI.

Nullam in iure nostro quæstionem aut in foro, aut in scholis maiore interpretū, & Doctorum contentione agitam fatetur subtilissimus ICTus Anton. Faber, quàm an fratrum filij, si soli sint & impares numero patruis præmortuis in capita succedant, vel in stirpes? Maxima Interpp. pars se fundat tum in Constitutione Caroli V. Imp. in Comitij Spi-rensibus Anno 1529. promulgatá, tum præiudicio summi tribunalis Imperij: Nos etiam si ista non exstarent, nihilominus tamen ex iure ciuili sententiam priorem esse veriore, eiq; consen-

consentaneam asserere moramur nihil, quicquid etiam contradicat Antonius Faber disputat. sua forensi tractatui de variorum nummariorum debitorum solutionibus annexâ.

Moueor *l. post consanguineos 2. §. 2. D. de suis & legit. arg. l. 1. §. ult. si pars. hered. petat. §. si plures, & ibi Theoph. I. de legit. agnat. success. Vlpian. in fragm. tit. 26. §. agnatorum. Caius libr. 2. in fragm. tit. 8. §. regulariter. vers. item si. Paul. libr. 4. sentent. tit. de ab intestato. success. Harmenop. libr. 5. cap. 8. Azo in summ. C. de legit. hered. Cuiac. in Not. ad fragm. Vlp. d. t. 26. & in N. 118. & libr. 2. F. 11. Zas. p. 8. num. 18. & seq. Borcholt. c. 7. p. 2. n. 28. Ant: Tessaure. decis. Pedem. 162. Fachin. 6. contr. c. 3. libr. 7. contr. c. 62. Conrad. Rittershus. c. 16. part. feud. num. 9. & seqq. Mynsing. cent. 1. obs. 94.* Dissidentes satis & sufficienter refutauit, thein solidis argumentis confirmauit Amplissimus Ictus, Præceptor ætate venerandus Dn. Valentinus Forsterus tract. suo absolutissimo de success. ab intestat. lib. 8. c. 3. quo impræsentiarum, donec id ipsum suppeditet disputationis nostræ exercitium, me remisisse sufficiat.

XVII.

Atq; hæc pro mea, materiaq; subiectæ intentione & ratione rimari mihi placuit. Quâ in re vbi lapsus fuero, & à veriore iuris huius quâ honestissimi, quâ subtilissimi tramite deflexero, quin ingenua & candida studiosorum corona ob materiæ difficultatem & subtilitatem æqui bonique mihi hoc factura sit, & ætatis beneficio, quod ad nonnullos adhuc annos saluum mihi restat, adiuturus & erecturus æquissimus Prætor, nullus dubitabo.

F I N I S.


ULB Halle 3
003 913 791



Sb.

1017





Inches 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19
Centimetres 6

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

1607, 1

24

IVRIDICA
ALIS
ESSIO=
ALI: SIVE
QVIRENDI
SVCCES-
em.

ritatem
TIS' IUVANTE
ente
sultissimo viro
RTERO I. V. D.
mi IVLII IVLIA
demia Professo-
nario,
i in maiori Auditorio pro
ropugnare annitar
I vs Hildesh. Saxo.
STADII
ius, ANNO 1607.

